



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.46. Alii Martyres.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæcul. VIII. *marunt: Crucifige! Crucifige! rogo ve-*
A. C. 767. *ro, ne me Marito, nec Custodum cuiquam*
prodas. Hæc locuta, statim domum
recurrit, atque aperta arca tres imagines
arcanas eduxit, unam Dei Genitricis fi-
lium complectentis, & duas alias S. Pe-
tri & S. Pauli Apostolorum, quas cum
reversa coram S. Stephano adorasset, ipsi
postea porrexit, Accipe, inquit, ve-
nerande Pater! has orans ante oculos tuo-
pone, atque hinc tibi mei, hoc est, mul-
vis peccatricis memoria refricetur. Ita
S. Stephanus in ejus petitionem consen-
sit; ipsa vero deinceps Sabbato ac Do-
minico die ad eum panis ferme uncias
sex, & aquæ non plus tribus poculis affe-
rebat. Tantulum singulis hebdomadis
ipsi cibi ac potus fuit totos undecim
mensis, quos in Prætorio transegit.

§. XLVI.

Alii Martyres.

p. 504.

Quadam die, Sancto Viro cum aliis Mo-
 nachis captivis sedente, sermo or-
 tus est, de suppliciis illis, quæ Viri San-
 cti durante persecutione passi fuerant.
 Tum Antonius Cretensis Pauli Abbatis
 passionem narravit in hunc modum:
Paulum Abbatem comprehendi jussit In-
sulæ Præfectus Theophanes cognomen-
Lardotyrus, qui in Prætorio hinc Imagi-
nem Jesu Christi Cruci affixi hunc de-
posuit.

posuerat, & illinc cruciatus instrumen- Sæcul. VIII.
 tum, quod Catapultam vocant. Ad Ab- A. C. 767.
 batem deinde conversus, ait: Unum e
 duobus tibi Paule proponitur, nimirum,
 ut vel calcata imagine vitam obtineas,
 vel hoc tormenti genere excrucieris. Pau-
 lus respondit: Absit a me, Domine JE-
 su! ut imaginem tuam pedibus teram,
 atque hæc locutus humi se curvans oscu-
 lum fixit. Præfectus ira æstuans, nuda-
 ri Sanctum Virum, & in catapultam ex-
 tendi jubet. Illico tortores eum duabus
 tabulis inclusum a collo usque ad talos
 firmissime comprimunt, omnia membra cla-
 vis ferreis vinciunt, prono in terram
 capite suspendunt, & infra eum non exi-
 guo igne accenso suffocant.

Hoc eo commemorante, Patribusque
 fletu largo madentibus, vir senio gravis
 Theosterictus Presbyter Monasterii, quod
 Peleceta nuncupatur, in medium prodiit,
 nasum abscissum exhibens, & genas fer-
 venti pice ac bitumine illitas miserum-
 que in modum ambustas, dixit: Nemo
 siccis oculis commemorare potest crudeli-
 tatem Asiæ Præfecti cui cognomentum
 Lachanodracon erat. S. Stephanus ad
 Theosterictum: Loquere, Pater mi! e-
 tenim per ejusmodi exempla præparamur,
 ut animi promptitudine similia perfera-
 mus. Tum Theosterictus locutus est in
 hunc modum: Appetente nocte in Cæna p. 506.
 Domi-

Sæcul. VIII.

A.C. 767.

Domini, nobis Divina Myſteria celebrantibus, Præfectus iſte Imperatoris juſſu cum valida militum manu irrumpit, jubet ceſſare Divina, Monachos ſelectiſſimos triginta & octo comprehendit, in collo & manibus vinculis ferreis adſtringit. Reliquos vero verberibus crudelem in modum lacerat. Aliquos ambuſſit, alios dimiſit, poſtquam eorum barbam pice illitam exuſſit, amputatis prius naribus, quorum numerum ego augeo. Necdum exſatiata rabie totum deinde Monasterium incendit, ſtabula æque ac Eccleſias in cineres redigit. At Monachos illos triginta octo, quos ceperat, abduxit; ad extremos Ephemſi fines relegavit, ubi eos in veteris balnei fornice concluſit, ac obſtricto deinde aditu, & monte vicino per cuniculos ſubruto vivos ſepelivit.

p. 507.

Tum rogatus a Patribus Stephanus, ut ad mitigandum eorum mœrorem & ipſe orationem haberet, in exemplum iſtis propoſuit Petrum Blachernis in vincula coniectum, & præſente Imperatore tamdiu nervis bubulis caſum, donec animam exhalaret. Item Joannis Abbatſ Monasterii Monagrieniſis, quem Tyrannus ſacco incluſum, gravi ſaxo appenſo in profundum mare projeciſſet, quod adduci non potuiſſet, ut imagines Jeſu Chriſti & Matris ejus calcaret.

§. XLVII.